



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Conceptio B. Virginis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- 5 An consensus hæredis requiratur: affirmat Abb. Negat Felin. apud Barb. *ibid.*
- 6 An etiam consensus Ecclesiæ, cui legatur. Affirmat P. de Vbald. Negat Bartol. apud eundem *nu.6.*
- 7 Item potest, quando legatum est circum opus incertum. Monet. *de commut. vlt. volunt. cap. 5. qu. 11. nu. 341.*
- 8 Item quando non sufficit ad opus certum à testatore designatum. idem *ibidem num. 330.*
- 9 Item pro vna vice, vel ad tempus, idem *ibid. num. 332.*
- 10 Item potest concedere modicam dilationem. idem *ibid. num. 391.*
- 11 Relictum factuum pauperibus potest conuertere in fabricam. Genuens. *M. m. P. aff. cap. 73. num. 5.*
- 12 Relictum pro fabrica conuertere in pietatem. idem *ibid. num. 6.*
- 13 Item potest exequi testatoris voluntatem in alio loco, & alio modo, data negligentia illius Ecclesiæ, in cuius fauorem testator ordinauit. Monet. *sup. n. 335.*
- 14 Item si urgeat necessitas commutandi, neque adiri potest Papa. idem *ibid. 348.*
- 15 Licet pateat aditus ad Legatum, seu Nuncium, qui tamen careant facultate commutandi *ibid. 352. 362.*
- 16 Potest item, si pia voluntas non potest de facto impleri, & de consensu hæredis mutari, vt aliquo modo impleatur. idem *ibid. 322.*
- 17 Immo, si non est omnino impossibile, sed valde difficile. *ibid. 334.*
- 18 Etiam si ex impossibilitate iuris deficiat executio. *ibid. 339.*
- 19 Dummodo testator probabiliter ignorauerit impossibilitatem executionis *ibidem 343.*
- 20 Et nisi impedimentum sit temporale. *ibid. 347.*
- 21 Ex omissione missarum, seu officiorum non celebratorum, pecuniam, quæ superest, potest Episcopus conuertere in alium pium vsum eiusdem Ecclesiæ. *ibidem 369.*
- 22 Non autem potest Episcopus commutare, quæ pertinent ad suam Cathedralē, mensamue, aut Capituli sui. *ib. 378.*
- 23 Neque in ijs, quæ spectant ad subditos inferioribus Prælatibus, nisi ex horum negligentia. *ibid. 380.*

- 24 Relictum pro sustentatione pauperum in redemptionem captiuorum non potest mutare. Genuensis *loco cit. nu. 8.*
- 25 Relictum pro maritandis puellis non potest conuerti in vsum nondum nubiliū. idem *ibid. nu. 14.*
- 26 Item ad certum vsum Ecclesiæ, nempe pro pilastris, non potest in alios vsum eiusdem Ecclesiæ, sine causa, nisi aliquid super sit. idem *ibid. nu. 16.*
- 27 Causæ denique commutationis sunt necessitas, & euidentis vtilitas. Monet. *sup. cap. 6. qu. 2. nu. 81. V. Legatum num. 5.*

Conceptio B. Virginis.

- 1 **Q**ui dicunt, mortaliter peccare, vel esse hæreticos eos, qui defendunt Conceptionem cum peccato originali, vel e contra affirmant, peccare eos, qui colunt festum Conceptionis, sunt excommunicati. Sixtus IV. Pius V. Trid. *sess. 5.* & Paulus V. 31. *Aug. 1617.\**
- 2 In publicis concionibus, lectionibus, & alijs actibus nemo audeat asserere Conceptionem cum peccato, & asserens contrarium non impugnet aliam opinionem; neque agatur de ea aliquo modo, sub censuris, & penis prædictarum Constitutionum Paul. V. *ibid.*
- 3 Datur facultas Episcopis, & Inquisitoribus contra transgressores, etiam Regulares. *ibid.*
- 4 Neque in colloquijs priuatis, seu scriptis audeat quis asserere Conceptionem cum peccato; neque de hac opinione affirmatiua agere sine speciali indulto Sedis Apostolicæ. Gregor. XV. 24. *Maii 1622.\** Dominiani tamen possunt inter se dumtaxat, non inter alios, neque cum alijs de materia eiusdem Conceptionis differere: neque super hoc molestari debent. idem 28. *Iulii 1622.\**
- 5 In officio festi Conceptionis eiusdem non aliud nomen, quam Conceptionis adhibeatur, sub pœnis prædictis. idem *supra.*
- 6 Cum facultate, vt supra, Ordinarij, & Inquisitoribus contra quoscumque. *ibidem.*  
*v. Regular. iura sub Episcopis. num. 64.*

Con-